



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

III. Herzog Heinrich von Schlesien genehmigt, daß das Kloster Trebnitz dem Kloster Leubus die Gründung einer Stadt in den beiden Klöstern vereinigeten 400 Hufen überlassen habe und wendet dieser ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

mea in territorio uidelicet de lubus contulit religiosis domibus, lubensi scilicet et trebnicensi, iure hereditario, quorum ducenti sunt lubensium, reliqui uero trebnicensis collegij. Ego quoque prefati ducis deuotam considerans intencionem deesse nolui tam pio negotio. Inde est, quod ius decimacionis de predictis CCCC^{is} mansis prefatis collegiis iure concessi perpetuo, non dubitans de consensu capituli mei qui liberaliter accessit huic mee donationi, Ita ut CC^{orum} mansorum in partem lubensis cenobii cedentium sit de eisdem decimatio segregata in proprietatem domus lubensis, et de reliquis CC^{is} pertineat decimatio in usus conuentus trebnicensis. Datum anno gratie M^o. CC^o. XXVI^o. Tercio Kalend. marcy.

Wohlbrück I, 59.

III. Herzog Heinrich von Schlesien genehmigt, daß das Kloster Trebnitz dem Kloster Lebus die Gründung einer Stadt in den beiden Klöstern vereigneten 400 Hufen allein überlassen habe und wendet dieser Stadt, Lubes genannt, neue Wohlthaten zu,
am 29. Juni 1232.

— Nos dei gratia Henricus, Dux Zlesie, notum facimus omnibus hanc paginam inspecturis, quod contulimus Deo et Beate Marie virgini in Lubens Sanctoque Bartholomeo in Trebeniz Quadringentos Manfos in territorio Lubucenti et forum faciendum in Mansis eisdem. De consilio uero nostro filijque nostri Henrici, Ducis Zlesie junioris, simul et de consensu capituli sui filia nostra Gertrudis, Abbatissa in Trebenizc, domum Lubensem, in recompensatione laboris sui, forum predictum ex toto cum utilitate que de ipso poterit prouenire permittit habere. Sed et hoc constare uolumus uniuersis, quod super prefatos Quadringentos Manfos Ciuitati Lubes nomine, site in territorio Lubucenti, in pascua pecorum addidimus Decem Manfos. Alios quoque Manfos Duodecim in feodo Ciuitatis predictae conferimus Advocato. Cives insuper ciuitatis sepius nominate et colonos Mansorum pluries predictorum ab omnibus expeditionibus que fiunt extra terram reddimus absolutos. In defensione uero terre Lubucentis omnes adesse tenentur, ut eo ualidius hostilis incurfio reprimatur. Cives predictos preterea et Colonos, omni tempore libertatis eorum, id est per annos Decem, ab anno domini M^o. CC^o. XXXIII^o. inchoantibus, per omne dominium nostrum ab omni exactione Thelonei reddimus absolutos. Expleto uero tempore libertatis sicuti Cives Croznenses dimidium Theloneum se nouerint perpetuo soluturos. Et ne super hoc in posterum possint a quoquam hominum molestari, prefens scriptum Sigilli nostri munimine roboramus. Testibus fidelibus adhibitis quorum ista sunt nomina: Henricus, Dux Zlesie junior, filius noster, Zobeclus Dux Bohemie, filius sororis nostre, venerabilis Lubucentis Episcopus Laurentius, et alij quam plures. Acta sunt hec in Trebenizc Anno gratie M^o. CC^o. XXXII^o. III^o. Kalendas Julij.

Wohlbrück I, 62.